

12. 13. 14. *Scribo vobis filii, (ut in luce ambuletis & charitatem colatis) quia remissa sunt vobis peccata propter nomen ejus, unde quod omnibus fide justificatis convenit, etiam in luce, i. e. vitæ novitate ambulare debetis, v. 10. Scribo vobis Patres, scil. ut charitatem colatis & in novitate vitæ ambuletis, quia cognovistis eum, qui ab initio est: jam autem cognitio Dei infert præceptorum ejus observationem, v. 3. Et sic de reliquis.*

18. Et quemadmodum audivistis, quod Anti-Christus veniet, ita etiam nunc Anti-Christi multi facti sunt.

19. *Sed (non permanserunt nobiscum in unitate fidei ac religionis) ut manifestentur, quod non sint (πάντες) ulli (istorum Anti-Christorum) ex (de) nobis, sive ex (de) nostro consortio, aus unsern Mittel/i. e. quod non pertineant ad nos; idque non ex absoluto decreto vel conditione renatorum quoad simplicem impossibilitatem ἀποσιτίας, sed ex probabili argumento, quia defecerint, potius opere ipso se erroneas præbent, quod re ipsa Apostoli non fuerint, qui se pro talibus venditarint.*

19. ἵνα) ut. Sumitur h. l. ἀquatικῶς. Conf. Matth. 4, 12. c, 10, 34, 35. Luc. 8, 10. Joh. 9, 2. 3. 39. Rom. 15, 20. 1. Cor. 11, 29. perinde ad Hebræum יִשְׁמְרֶנּוּ? Ex. 11, 9. Ps. 30, 20. Alibi ἀτιολογητικῶς, ut 2. Tim. 3, 16. causamque utilitatis designat & effectum declarat.

20. *Vos unctiorem (Spiritus S.) habetis) i. e. Spiritu S. donati (uniti) estis, à Deo, & scitis omnia, (quæ ad hoc negotium de Anti-Christo spectant, imò omnia, quæ ad fidem atque Evangelii doctrinam salutarem spectant.)*

21. Non scripsi vobis (multa de illo Anti-Christo) nam scitis veritatem (doctrinæ cœlestis) imò sane nostis illam, & quod nullum mendacium sit vel pervenire possit ex veritate.

25. Et hæc est illa promissio (secundum) quam ille promisit nobis vitam æternam.

27.) Hic habes internum Spiritus S. de autoritate, certitudine & perfectione Scripturæ testimonium. Conf. Infr. 5, 6.

27. *Et vos quam unctiorem accepistis ab eo, in vobis manet,) quæ constructio Hebræis familiaris. ונתתם שמו אשר לקחתם ישכן בכם ונתתם שמו אשר לקחתם ישכן בכם* Constructio: manet in vobis ipsis.

27. καὶ ἀληθὴς ἐστὶ) ita verum est.

29. Cum (si) (quod nostis) justus est (Dominus,) scitote, quod